



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

§. Cæterum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

**N**on contrarium obici solet : Renuntiatio fieri debet in manu Superioris : Papa autem Superiorum in terris non habet : Ergo tenuntiare non potest. Sin autem dicatur, quod Deus eius renuntiationem acceptet, ea acceptatio incerta videtur, cum nullo signo cognoscatur. Respondetur : Regula illa, quod renuntiatio prælaturæ &c. in manu Superioris fieri debet, de ijs duntaxat traditur, qui Superiorum habent, non autem de Principe, seu Superiorum non habente. Sic etiam (ait hic Ioann. Monachus) regulam habemus, quod nullus in propria causa iudex esse potest, l. **Q**ui iurisdictioni, 10. ff. de jurisdictione omnium iudicium : Et tamen Princeps, seu qui Superiorum non habet, in propria causa iudicare potest, vti dixi lib. 3. Th. mor. tr. 6. c. 2. n. 11.

**P**orro si Pontifex abdicet se Pontificatu, necessariò dicere debemus, quod Deus abdicationem acceptet, seu ab ipso Pontificiam potestatem tollat. Nam alioquin consequens esset, vt Ecclesia longo tempore à nullo pastore visibili gubernaretur, si uno se abdicante, aliis in locum eius cum simili universalis potestate substitui non posset : id vero repugnat Christi promissionibus. Atque haec ratio ostendit validam fore renuntiationem Papatus, etiam si iusta causa fiat: Cum enim Ecclesia Pontificem cogere non possit ad retinendum Pontificatum, sed tantum monere, ac rogare ; si is, posthabitus monitionibus, officium pastorale re ipsa, & voluntate deferat, non esset Ecclesiæ prouisum, nisi eo abdicante se, alias eligeretur. Grauissimè tamen peccabit Pontifex, si absque necessitatis causa Papati renuntiet: cum inter ipsum & Ecclesiam vniuersalem æstissimum vinculum à Deo ipsi impositum, existat. Videri potest Ioann. Andr. super hoc c.

## CAPITVLVM II.

## Site.

## PARAPHRASIS.

Titus impetravit à Pontifice gratiam, quam

vocant expectatiæ, id est, mandatum, ut in ecclesia v. g. Augustana prouidetur ipsi dignitas, vel præbenda, si vacaret, alioquin proximè vacatura. Hoc intellecto, Caius æmulus eius, qui tenuerunt beneficium possidebat, illud resignauit, vt Titius à pinguiore, quæ postea credebatur per mortem, vel alio modo vacatura excluderetur. Hoc casu respondet Pontifex, non obstante ista resignatione, perinde acsi ea facta non esset, Titium expectare posse, donec pinguis illud beneficium vacet ; dummodo sufficientibus indicijs ostendi queat, Caium in fraudem, aut odium Titij beneficium suum resignasse.

## S V M M A R I V M.

**O**stenditur equitas responsionis Pontificie : quod scilicet non teneatur is, qui impetrat gratiæ expectatiæ à Papa, expectat primum vocaturum beneficium pingue, tenuerunt aliud accipere, si interea hoc in fraudem eius alia resignet, cum proximè credatur pinguis vacaturum.

**A** Quæstas huius responsionis sumitur ex reg. 20. in 6. Non debet aliquis alterius odio prægrauari. Et l. 1. ff. de dolo male, dicitur, quod per dolum malum deceptos, actio de dolo, (si alia nulla competit) secundum Prætoriam æquitatem concedatur, ne vel dolosis malitia sua sit lucrosa, vel deceptis simplicitas damnosa.

## §. Cæterum.

**Q**uod si Caius ille renuntians beneficio tenuiori, alterum pinguis postea vacans ipsem obtinuerit, eo ipso præsumptio erit, in fraudem id egisse, vt alia probatio opus non sit. Peccata autem ipsi statuta sit, vt utroque beneficio careat : priore quidem, quia ei renuntiauit : posteriore autem, tum quia alteri est debita ; tum quia æquum non est, vt ipsi callidas sua prospicit, seu ex propria iniquitate commodum ferat. Ita Ioann. Monachus hic.

Ooo ; TITV-